

## Riepilogo

- Concordanza con un solo soggetto (l'ultimo)
- Periodo ipotetico

### Scheda

I verbi impersonali di sentimento

*Verba affectuum : miseret, paenitet, piget, pudet, taedet*

usati solo alla 3a persona singolare

chi prova il sentimento = accusativo / ciò per cui si prova sentimento = genitivo, ma se si intende al neutro, si usa al nominativo (Es2)

Es1. *me eius miseritum est* (ebbi compassione di lui)

Es2. *Id quod pudet facilius fertur quam id quod piget* (ciò che fa vergogna si sopporta più facilmente di ciò che rincrebbe).

*Decet, fallit, fugit*

Si possono usare in modo impersonale alla 3a persona singolare.

Chi prova sentimento = accusativo / ciò che suscita il sentimento al nominativo, oppure con l'infinito o infinito e accusativo.

Es1. *Haec vestis me decet* (quest'abito mi sta bene)

Es2. *Oratorem irasci minime decet* (l'oratore non deve arrabbiarsi)

*Interest e refert*

Si possono usare in modo impersonale

chi prova il sentimento = in genitivo (se sostantivo o un pronome non personale, se è pronome personale si usano all'ablativo femminile corrispondente) / la cosa che importa si indica con un pronome neutro al nominativo.

Es1. *Interest Ciceronis* (Interessa a Cicerone)

Es2. *Vestra hoc interest* (a voi importa questo).

## L'Allegoria

In omnibus sane non tantum nos oportet intueri praecepti finem, quod est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, quo ea quae loquimur cuncta referamus: sed etiam illius quem loquendo instruimus, ad id movendus atque illuc dirigendus adspectus est. Neque enim ob aliud ante adventum Domini scripta sunt omnia quae in sanctis Scripturis legimus, nisi ut illius commendaretur adventus et futura praesignaretur Ecclesia, id est, populus Dei per omnes gentes, quod est corpus eius; adiunctis atque annumeratis omnibus sanctis, qui etiam ante adventum eius in hoc saeculo vixerunt, ita eum credentes venturum esse, sicut nos venisse. Sicut enim Iacob manum prius dum nasceretur emisit ex utero, qua etiam pedem praenascentis fratris tenebat, deinde utique secutum est caput, tum demum necessario membra cetera (sed tamen caput non tantum ea membra quae secuta sunt, sed etiam ipsam manum quae in nascendo praecessit, dignitate ac potestate praecedat, et quamvis non tempore apparenti, tamen naturae ordine prius est): ita et Dominus Iesus Christus, etsi antequam appareret in carne et quodam modo ex utero secreti sui ad hominum oculos mediator Dei et hominum homo procederet, qui est super omnes Deus benedictus in saecula, praemisit in sanctis Patriarchis et Prophetis quamdam partem corporis sui, qua velut manu se nasciturum esse praenuntians, etiam populum superbe praecedentem, vinculis Legis tamquam digitis quinque supplantaret: (quia et per quinque temporum articulos praenuntiari venturus prophetarum non destitit; et huic rei consonans per quem lex data est, libros quinque conscripsit; et superbi carnaliter sentientes et suam iustitiam volentes constituere, non aperta manu Christi repleti sunt benedictione, sed constricta atque conclusa retenti sunt: itaque illis obligati sunt pedes et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus): quamvis ergo, ut dixi, praemiserit Dominus Christus quamdam partem sui corporis in sanctis, qui eum nascendi tempore praerunt: tamen *ipse est caput corporis Ecclesiae*, illique omnes eidem corpori cuius ille caput est cohaeserunt, credendo in eum quem praenuntiabant. Non enim praecurrendo divulsi sunt, sed adiuncti potius obsequendo. Nam etsi manus a capite praemitti potest, connexio tamen eius sub capite est. Quapropter omnia quae ante scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt, et figurae nostrae fuerunt; et *in figura contingebant in eis: scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obvenit*. Maior causa adventus Domini est dilectio Dei in homines.

Quae autem maior causa est adventus Domini, nisi ut ostenderet Deus dilectionem suam in nobis, commendans eam vehementer: quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc autem ideo, quia finis praecepti et plenitudo legis caritas est, ut et nos invicem diligamus, et quemadmodum ille pro nobis animam suam posuit, sic et nos pro fratribus animam ponamus.